e-codices

N unc ab traſenna hic turdus lumbricum petit
P endebit hodie pulchre ita intendi tenum
Ni M anedum parumper. iam ad te exeo chriſale
chr V t uerba mihi dat ut neſcio quam rem gerat.
S eruoſ arceſſit intuſ qui me vinciant
B ene nauiſ agitatur pl̄chre hęc confertur ratis
S ed conticiſcam nam audio aperiri foreſ.

NICOBOLVS. CRISALVS.

C onſtringe tu illi Artamo actutum manus
chr Q vid feci. Ni impinge pugnum ſi mutiverit
Q uid he locuntur litterę: chr quid me rogas:
V t ab illo accepi ad te obſignatas adtuli. Ni eho tu
L oquitat ne eſ gnato meo male per ſermonem
Q uia mihi id aur̄ reddidit & te dixiſti id aurum
A blaturum tn̄ per sicophantiam. chr ego ne iſtuc dixi:
Ni I ta. chr qſ homo eſt q dicat me dixiſſe iſtuc
Ni T ace nullus homo dicit hę tabellę te arguunt
Q uaſ tu attuliſti hę te uinciri iubent. chr aha
B ellorophontem iam tuuſ me fecit filius
E go met tabellas detuli ut uincier. sine
Ni P ropterea hoc facio ut ſuadeas gnato meo ut pergregeſ tecum
T eruenefice. chr o ſtulte ſtulte neſcis nunc vendite
A tque in eo ipſo adſtas lapide vbi preco predicat
Ni R eſponde qſ me uendit. chr quem diligunt dij
A duleſcens moritur dum ualet: ſentit: ſapit
H unc ſi ullus deuſ amaret pluſ anniſ decem
P lus iam uiginti mortuum eſſe oportuit.
T errę odium ambulat iam nihil ſapit
N ec ſentit tanti ē quanti ē funguſ putidus.
Ni T u n terrę me odium eſſe autumas
A bducite hunc intro atque aſtringite ad colūnam fortiter
N unq̄ auferes hinc aurum. chr atqui iam dabis
Ni D abo. chr atque orabis me quidem vltro ut auferam
C um illum reſciſces criminatorē meū.
Q uanto in periculo & q̄ta in pernitie ſiet
T um libertatem chriſalo largibere. ego adeo nunq̄ accipiam

:Dic ſceleſte:

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 102v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/102v)